

Multi sunt vocati pauci & electi. Dico secundum quod verbum thematis habet difficultatem per argumentationem naturalem. Dicit thema. Multi sunt & c. Modo est ratio naturalis. difficultas de claritate per regulam philosophice dicentem. Quilibet res operatur naturaliter per suam virtutem et perfectionem. et licet regula sit clara tamen ad magis declarandum duo duas similitudines. Prima in sole qui habet plus de claritate ideo plus illuminat. Secunda in igne qui habet virtutem calefactivam et illuminativam. quare quanto maior est ignis tanto magis calefacit et illuminat. modo cum deus sit infinite potentie et virtutis et misericors. David. Apud dominum misericordia et compassio apud eum redemptio peccatorum. cxxxix. Item misericors et misericors dominus. patiens et multum misericors. psalmus. cxliij. Cum ergo quilibet res operetur naturaliter secundum suam virtutem et cetera. Cum ergo deus sit infinite misericordie. debet saluare animas infinite. Quomodo ergo sunt multi vocati pauci & electi cum deberent esse infiniti. Pro ratione notandum quod deus est infinite misericordie pietatis et bonitatis. et ut omnes saluarent fecit quicquid debuit facere et potuit etiam infinite. Quare ergo non omnes saluantur. quia non omnes volunt saluari. imo pauci sunt qui volunt recipere suam saluationem. Nota similitudinem de rege qui abundantissime soluit precium redemptionis per captiuos qui erant in barbarie et parauit naues et galeas ut possint ad patriam suam redire. qui tamen volebant inde exire. sic in proposito dominus iesus christus abundantissime soluit precium redemptionis per omnes homines. etiam si essent infiniti homines. et parauit naues. scilicet innocentie baptismalis. penitentie sacramentalis. obediencie generalis. Sed gentes nolunt exire de captiuitate. quoniam iudei nolunt exire de carcere moysi. nec agerent de carcere machometi. nec superbi de carcere superbie et sic de alijs. Sed si non saluantur est culpa gentium sed non dei. quia non vult cogere liberum arbitrium sed inducit et consulit. hoc bonum et acceptum coram saluatore nostro deo qui vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. i. ad Timotheum. ij. Dico tertio quod verbum thematis habet difficultatem per predestinationem eternalem. Regula est theologorum quod diuina predestinatio est fundamentum et primum principium saluationis hominum in tantum quod nullus potest saluari nisi eternaliter fuerit predestinatus. Si ergo pauci sunt illi qui saluantur. oportet etiam dicere quod pauci sunt predestinati. si ergo deus predestinauit paucos quare non predestinauit multos aut omnes. an quod enim fuissent peccata iam de paucos elegit. Quod autem predestinatio sit fundamentum saluationis. Autoritas. Quos predestinauit. glosa eternaliter hos et vocauit. scilicet per predicationes suas. scilicet apostolorum et aliorum. et quos vocauit hos et iustificauit scilicet per penitentiam. quos autem iustificauit il-

los et magnificauit. scilicet per saluationem ad Romanos. viij. Item alta autoritas. Elegit nos ante mundi constitutionem. ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate qui predestinauit nos in adoptionem filiorum ad Ephesios. i. Quare ergo deus non elegit seu predestinauit omnes. videtur quod non fuerit liberalis in eligendo seu predestinando. Modo quia ista materia est multum subtilis oportet respondere per unam similitudinem tale. Semel in quadam ciuitate fuit inuenta vna magna congregatio seu multitudo latronum qui per curiam capti et sententiati omnes ducebantur ad furcam. et dum irent rex intrauit per ciuitatem. qui videns eos dixit. Quid est hoc. et fuit sibi dictum quod omnes erant latrones iam ad suspendium sententiati. Rex autem respiciens eos pepercit aliquibus de illis et recepit illos in suos. deinde fuit supplicatum regi quod parceret etiam alijs. Respondit rex quod ipsos non traheret ad se sicut alios receperat sed placeret sibi quod essent soluti et si vellent fugere fugerent. Qui soluti noluerunt fugere et ideo fuerunt suspensi. Sic in proposito sciatis quod quicquid in hoc mundo euenit et quecumque eueniunt omnia presentia deo fuerunt. nec in aliquo euentu creuit sua sententia quare suauitabilis est. et videbat quod omnes humane creature naturaliter ibant ad furcam inferni quia naturaliter nullus ibat ad paradysum. de quibus elegit aliquos ad se trahendo eos et hos predestinauit. Si dicatur et quare non elegit alios. iniuriam fecit illis ut videtur. responsio. non est verum. si cut nec rex fecit iniuriam latronibus quos non recepit ad se. imo fecit eis gratias soluendo vincula ut fugerent si vellent. Ita deus de multitudine hominum et mulierum humane nature elegit illos quos sibi placuit et soluit vincula aliorum per liberum arbitrium. quia si volunt fugere vitia et peccata possunt fugere. ideo si damnantur est ex culpa eorum. ideo multi sunt vocati pauci & electi. Sed quilibet bonus christianus debet facere conpotum quod sit de electis et facere suum conatum ut saluetur. Ideo dicit petrus apostolus. Fratres satagite ut per bona opera certam vestram uocationem et electionem faciat. i. per. i.

De eadem dominica. Sermo. viij.

Quid hic statis. Ta die ociosi. Matth. xx. Thema dat mihi motiuum predicandi contra unum defectum seu vitium quod non cognoscit tamen est causa multorum. scilicet vitium ociositatis. sed primo saluetur virgo maria. Quid hic statis. Thema est verbum christi reprehensiuum dicentis. Quid hic statis et cetera. Multe persone sunt in hoc mundo decepte ex ignorantia. quia nesciunt quid est ociositas propter quod illi qui multotiens laborant iudicantur ociosi. et illi qui sunt ociosi iudicantur diligentes. Bern. Ociosus est non tamen qui nihil operatur. sed

Dñica in Septuagesima

ociosus est q̄ p̄tinue laborādo nihil tandē inde lucrat. Ex q̄ verbo patet q̄ non solū qui nihil facit est ociosus sed etiam q̄ inutilit̄ opat̄ et in sero nullum lucrū portat ad domū iudicat̄ ociosus. Unde s̄m lucrū q̄ homo facit ociosus vel diligens iudicat̄. verbi gr̄a. Si quis laborauit tota die inutilit̄ et nullū lucrū portat de sero ad domū talis iudicat̄ ociosus ab vxore et ab oib⁹ de domo. Ali⁹ q̄ tota die sedit vt sutor vel scriptor tamē in sero portat lucrū. talis non iudicat̄ ociosus sed diligens. Sic etiā spūalit̄. qm̄ ille q̄ pro lucro tpali acquirēdo laborat p̄ terram et p̄ mare tam de die q̄ de nocte et p̄gregat multa bona talis dicit̄ diligens. sed in sero mortis qm̄ veniet ad iudiciū et christus sibi dicit. Quid es lucrat⁹ et nihil portabit. quia oēs labores tpales h̄ manebunt. De q̄ ergo viues dicit christus qz nullū bonū meritorū nec bonoz operū portat. **3^o** Remittit vt paup̄ ad hospitale miseroz. s. ad infernum. Illi autem q̄ laborāt in opib⁹ spūalib⁹. i. e. iunando. orando. missas audiēdo. ecclesias visitando. p̄fitent̄. cōmunicāt. tales iudicant̄ ociosi a p̄sonis carnalib⁹ et mūdānis dicēdo. Melius esset q̄ iretis fodere vel filare et h̄mōi. **Recepti estis qm̄ tales in sero mortis qm̄ venient ad domū p̄adyli portabūt manus et bursas p̄scientie plenas thesauro meritorū. et poterūt dicere christo. Dñe qnq; talenta tradidisti mihi. ecce alia qnq; sup̄lucrat⁹ suz et c.** **Mat. xxv.** Quinq; talenta. i. qnq; sensus corpales ex q̄bus lucrantur alia qnq; s. oculis peccata stendo. aurib⁹ missas audiēdo et sermones. odoratu delicias despiciēdo. gustu ieiunādo. tactu corpus affligēdo. Cui dicit christ⁹. Euge serue bone et fidelis. qz in pauca fuisti fidelis. supra multa te p̄stituiam. intra in gaudiū dñi tui **Mat. xxv.** De p̄sona autē q̄ fideliter laborat i opib⁹ spūalib⁹ dicit scriptura sancta. Considerauit semitas dom⁹ sue. et panē ociosa non comedit **Prou. vl.** Sed illi q̄ sunt negligentes in opibus spūalib⁹ et ociosi dure rephendunt a christo di. Quid hic statis et c. Est autē ocium rephensibile qz est p̄ virtuales opationē Ideo dicit. Quid hic statis ociosi. p̄tra terrenalē habitationē. ideo dicit. Quid hic statis et c. **De primo q̄ peccatū ociositatis est p̄tra virtuales opationē. iō rephēdēdo dicit. Quid stat⁹ ociosi cum deberetis opari virtualit̄ et meritorie. In sacra scriptura qm̄ aliquis reprehendit̄ quia facit contra virtuales opationē cōiter rephenditur per quid. vt patz p̄t legitur. **Mat. xxvj.** Qm̄ magdalena vidit christū fatigatū ex labore et ipsa ad ipsum p̄fortandū et refrigerandū vngxit eum vnguēto. de quo iudas et alij discipuli murmurauerūt p̄tra illud opus virtuosum magdalene. quos christus rephendit di. Quid molesti estis huic mulieri **Mat. xxvj.** Ita etiam h̄ christus rephēdit ociosos di. Quid hic statis**

ociosi. qm̄ deus dedit nobis corpus locum tempus vt opemur meritorie hic de quo viuam⁹ in alio mūdo. **Nota** hic secretum theologie. Angeli mali statim post peccatū fuerunt a deo p̄demnati irremocabilit̄ et sine repatione intm̄ q̄ passio christi nihil p̄fecit eis. sed nos expectat misericorditer per annū vel p̄. x. vel. xij. vel. xx. et vltra ad penitentiā. **Sed** quare facit nobis istam gratiam et non angelis creaturis tam excellētissimis. quia nos habem⁹ in quo possum⁹ penitentiam facere. s. corpus siue carnez qd̄ non habent angeli nec anime sepeate a corpib⁹. ideo multum sumus rephensibiles si non facim⁹ fructus penitentie in agro corpis semiendo. **Primo** p̄cepta. tiones deuotas in capite. fletus in oculis p̄ peccatis. in ore oratiōes deuotas seu humiles. in manibus largitiōes elemosynarū. in pedib⁹ p̄grinationes. in toto corpore p̄niales affectiōes. p̄p̄ quod ociosis dicit christus. Quid statis ociosi. patet ergo quōd hoc vitium ociositatis est contra virtuales opationem. **Nota** hic similitudinē d̄ illo qui non habet agrum neq; vineam in q̄bus possit laborare vt p̄uideat. vxori et filijs. qd̄ autē dens homo diues cōmittit sibi possessiōes cum agris et vineis oliuetis et arborib⁹ vt opetur et viuat inde. si forte ille est ociosus quia nō curat laborare i predictis sed vadit per tabernas ludos lupanaria et nihil facit. nunqd̄ talis est dign⁹ reprehensione di. Quid hic statis ociosi. In hac reprehensione sum⁹ oēs nos qui nihil habemus. quibus dedit deus agrū p̄p̄ corpus ad laborandū meritorie. **Secūdo. iij.** Formauit de⁹ hominem de limo terre et c. **Dedit** nobis vineas. s. ecclesias in quibus fit vinū preciosum. de q̄ dānati si possent habere vnam guttam cū vera cōtritione saluarent̄. **Isto** modo inebriatur aia de gloria dei per auditum verbi dei. **Sed** sunt multi miseri qui non curant preparare agrum corporis imo sunt ad instar terre inculte. ideo sunt ibi m̄te male herbe et spine pctōz vbi abscondunt̄ bestie venenose veneno luxurie gula et c. non curāt de vineis ecclesiarū quia nolunt audire missas. nec sermones et c. p̄pter hoc dicit scriptura **Pro uerb. xij.** Qui opatur terram suam saturabitur panibus. qui autem sectatur ocium. stultissimus est. **Et** loquit̄ de diligenti et ocioso. **De** diligenti autem dicit. Qui operat̄ terram suā saturabitur panibus. s. angeloz. de quo **Lu. xiiij.** Beatus qui manducabit panem in regno dei. de q̄ si possemus nos habere modo vnam micam sufficeret nobis pro centum annis vel mille ad vitaz **De** ocioso dō dicit. Qui sectat̄ ocium stultissimus est. **Nota** tres gradus stulticie. **Primus** gradus est. **Stultus** qui p̄mittit perdere preciosuz thesaurum meritorū. **Secūdos.** stultior qm̄ p̄dit premiū glorie. **Tertius** stultissim⁹ est qm̄ videt penas inferni sibi paratas et non curat ipsas vi-

tare vel fugere cum eas potest per penam euade-
re. quia peccator qui sine penitētia inuenit quā-
do moritur statim in inferno projicitur. **Dico**
scdo qd vitium ociositatis est contra terrenale ha-
bitationem. ideo dicit. **Quid hic statis ociosi.** s.
in loco huius mundi. **Quā** fit aliquid contra comu-
nitatem loci solet homo reprehendi per hic dicē-
do. **Hic** homo facit rē. **Ut** si aliquis vellet face-
re aliquam imūdiciam in camera regis vel in ec-
clesia reprehēderet per hic. **et** nunquid hic rē.
Isto modo **Esaias** ppheta reprehēdit vitium di.
Quid tu hic aut quali quis hic. **Subdit.** **Expel-**
lam te de statione tua **et** de ministerio tuo depo-
nam te **Esai.** xxij. **Hoc** modo christus reprehē-
dit ociosos di. **Quid** hic statis ociosi. **In** qd ostē-
ditur qd vitium ociositatis est contra terrenales
habitationē. **Sicut** si in optimo horto hortulanus
sustineret arborem aliquam infructuosam **et** ste-
rilem. diceretur sibi a dño. **vt** quid terram occu-
pat. **Sic** in optimo horto ecclesie plantantur ho-
mines velut arbores in baptismo. quas christus
rigat sanguine proprio. quia alias aqua nullā ha-
beret virtutem nec efficaciam. **Sed** quare plan-
tantur. nonne vt faciant fructum virtuosum bo-
norum operū meritoꝝ. de quibus dicit christus
Ego elegi vos **et** posui vos vt eatis **et** fructū af-
feratis **et** fructus vester maneat **Joh.** xv. **Nota**
posui vos. s. in horto ecclesie. vt eatis. s. p opera
virtutum in vitam eternam.

Dñica in **Sexagesima.** **Sermo.** f.

Semen est verbū

dei. **Verbum** istud habet textualiter
Lu. viij. **et** officiat in euāgelio curren-
tis dñice. **In** presenti sermone intendo vob de-
clarare virtutes edificatiuas quas habet vobis
dei. **sed** primo salutē virgo maria rē. **Ex** pui-
dentia **et** ordinatiōe spūsancti est talis ordina-
tio. qd res diuine ponunt in sacra scriptura sub
figuris parabolis vel similitudinib⁹. **et** hoc du-
plici ratione. **Prima** ratio sumit ex augmenta-
tione meritoꝝ. **Secūda** ex multiplicatiōe secretōꝝ
De prima quia si veritates diuine clare ponerē-
tur in scriptura non esset tantus labor in studen-
do **et** in drendo veritates. **sed** quia ponunt in fi-
guris. ideo oportet nos laborare vt inueniamus
thesaurū sapientie quasi fodiēdo. ideo inter alia
magna merita est meritum magnū scrutari scri-
pturas. ideo dauid in ps. cxvij. **Beati** qui scru-
tantur testimonia eius in toto corde exquirunt
eum. **Beati.** s. hic per gratiam **et** in futuro p glo-
riam. **Qui** scrutantur testimonia eius que in figu-
ris ponunt vt sint abscondita indignis **et** in dco-
tis **et** negligentib⁹ quia si clare ponerent nō esset
ibi meritum. **Secūda** ratio est ex multiplicatiōe
secretōꝝ. ideo qd sunt figure parabole **et** similitu-
dines tot sunt secreta. **Jō** dauid in psona dei di.

Attendite popule meus legem meam inclinate
aurem vestram in verba oris mei. **Aperiam** in pa-
rabolis os meum loquar ppositiones ab initio
ps. lxxvij. **Nota** attendite. i. intēdite popule me-
us. le. me. inclinate aurē vram in verba oris mei
Ecce prima ratio. **Secūda** aperiā in parabolis os
scz scripturam sanctam. **Ideo** ex dictis ratiōi-
bus virtus verbi dei dicitur in themate per simi-
litudinē seminis. **De** semine enī verbi dei inue-
nitur clare in sacra scriptura qd verbum dei ha-
bet septem virtutes seu efficacias que omnes po-
nuntur sub aliqua figura vel similitudine. **Et**

Primo est semen in baptismali generatione.

Secūdo est gladius in penitentiā absolutiōe.

Tertio est clavis in sacramentali psecratione.

Quarto est tyriaca in corpali refectione.

Quinto est vngentū in fraternali correctione.

Sexto est lumen in doctrinali p̄dicatione.

Septimo est cibus in spūali oratione.

Et de prima virtute loquitur thema. **Semen** est
verbum dei. **Dico** ergo primo qd verbum dei
est semen in baptismali generatione. **nam** tanta
est virtus **et** efficacia verbi dei qd d filio hominis
facit filium dei. **Magna** virtutē haberet verbū
qd lapidem vel lignū puerteret in aux vel aquā
in oleum. **Maior** ē virt⁹ verbi qd de filio homi-
nis **et** diaboli facit filiū dei. **et** hoc fit in baptismo
qd sacerdos infundēdo aquam dicit. **Ego** te ba-
ptizo in noīe patris **et** filij **et** spūsancti amen. tūc
creatura efficitur filius vel filia dei. **Baptismus**
enī omnia peccata tollit. vt dicit sanctus **Tho.**
iij. parte. q. lxxix. arti. j. **fm** illud **Ezech.** xxxvj.
Effundam super vos aquam mūdā **et** mūdabi-
mini ab omnib⁹ iniquitatib⁹ vestris. **Uñ** **Aug.**
dicit in libro d baptismo paruulōꝝ. **Generāte** car-
ne nūmodo trahitur peccatū originale. regene-
rante autem spiritu non solum originale sed eti-
am voluntariōꝝ fit remissio peccatōꝝ. **Sic** igif
in baptismo fit quis filius dei qd est maioris di-
gnitatis qd si efficeret filius regis vel impatoris
sic enim verbum dei est semen. **nam** sicut vir d
vtero vxoris generat filios. ita christus de spon-
sa sua. s. ecclesia qui per os sacerdotis mittit se-
men suū. s. verbum formale in fontē quasi in vē-
trem virginis sponse. **et** sic geuerant hoīes in fili-
os dei. **Dicit** enim **Aug.** **Accedit** verbum ad ele-
mentum **et** fit sacramentū. **Ideo** **Aug.** super io-
hannē dicit. **Que** ē tanta vis aque vt corp⁹ tan-
gat **et** cor abluat. **Et** **Beda** dicit. qd dñs tactu sue
mūdissime carnis vim regeneratiuā p̄tulit aq̄s.
et ideo dicitur. volūtarie genuit nos verbo veri-
tatis vt similitū aliqd creature ei⁹ **Jaco.** j. **Pro**
dictoꝝ intelligentia **Nota** qd multi sunt bap-
tismi effectus. vt dicit sanctus **Tho.** iij. parte. q.
lxxix. in multis articulis. per baptismū enī aliqd
psequitur gratiam **et** virtutes. quia vt dicit **Aug-**
ustini. in libro de baptismo paruulōꝝ. **et** habetur